

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

10. In festo visitat. B. Virg. Luc. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

S IN
nia fact
Ego lib
dior ipse
iligenz, m
mercede
pere velle
oraret, is
nori, qm
Deinde
Onesim
n gratiam
ra suscip
christum
i, quod a
is nos si
n quia mi
stacia, n
endum, n
àcharus
latis. M
nostri li
cifixio i
ini Iesu
sum cruc
firmitatu
e, in perse
Ter virg
er naufr
giis

FESTA TOTIVS ANNI. 163

gium fici. Et tandem pro Christo pa-
sus est.

IN FESTO VISITATIO-
NIS B. V. MARIAE.

De Maria cognatam suā visitante. LUC. 1.

EXVRGENS Maria, abiit in montanacum
festinatione, & intravit in domū Zacha-
rie, & salutauit Elisabeth. Cōsidera adem-
tem B. Virg caritatem, postquam Christū
ia utero concepit, quod cum sola inter do-
munculæ suæ secrerum viuere consuefet,
nunc eam nec ætas tenella, nec virginalis
verecundia, nec montium asperitas retar-
darit, qno minus inuiseret cognatam Elisa-
beth. 2. profundam humilitatē, quod cum
esser facta mater Dei, ac ideo dignissima
quæ visitaretur, nō verita est se demittere,
inster ancillæ, ad visitandam Elisabeth lō-
gè se inferiorem. 3. diligentiam in itinere
perficiendo, & feruorem, qui cum magna
festinatione & pedes in comitatu aliquot
pauperum virginum, imò angelorū mul-
torum, cum summa modestia & alacritate
per aspera montium cucurrit. Nescit enim
tarda molimina, ait S. Ambrosius, Spiritus
sancti gratia.

Rstanduit Marie salutationem Elisabeth

L 2 extel-

2, vñ.

23

164 MEDITATIONES IN

exultauit infans in utero eius. Et replata
ritu sancto, exclamauit. Benedicta tu inter
mulieres. Vnde hoc mihi, ut mater Domini
veniat ad me? Considera quam beatissima
qui visitantur a Maria, nam eius praesentia
& S. Ioannes in utero existens repletus est
spiritu sancto, & ipsa Elisabeth aelo
nem quidem rationis usum diuinitus in ea
celerato, prece gaudio exultauit, tentans eum
utero egredi, ut Christum cum matre video
ret. 2. Considera, quomodo S. Elisabeth
ruat in amplexus B. Virg. dicens. Benedic
ta sis arbor, benedictus & fructus ex te
arbore productus. Vnde ego merui, ut
Dei mater venires ad me, cum ego potius
ut pote serua & ancilla tua debebam venire
ad te. Sed humilitas tua voluit praeuenire
me, sicut postea est praeuenturus filius
tuus, filium meum, cum petet ab eo baptizari.

3. Considera, si Elisabeth obaduen
tum B. Virg. exclamat. Vnde hoc mihi
quid nos dicere debeamus, qui sumus ple
ni peccatis, cum toties domum anima
nostrae ingreditur filius Dei in S. Eucha
ristia.

3. Et ait Maria. Magnificat anima mea
Dominum, Et mansit cum illa quasi mensi
bus tribus, & reuersa est in domum suam.
Considera

Considera quanto hoc laudum præconie
Maria rubore suffusa fuerit , quomodo se
contra deiecerit , & cum ignem cordi in-
clusum amplius coercere non posset, oculis in cœlum sub latis , gloriam omnem in
Deum transtulerit, dicens. *Magnificat ani-
mamea Dominum*, à quo omnia bona sunt
mihi hactenus collata. Infantulus quoq;
Ioannes ob meam præsentiam exultat, ac
spiritus meus exultat in Deo salutari meo.
2. Considera, quantis lætitiis incesserint
duæ illæ beatæ matres , quibus laudibus ,
qua gratiarum actione Deum pro suè cō-
ceptionis beneficio sint prosecutæ , quan-
ta caritate & studio B. Virgo omnia serui-
lia ancillarum officia per totos tres mer-
ses ibi exhibuerit, quomodo se mutuo h.
militate & caritate præuenirint , ac des-
que , quanta cum consolatione B. Vir-
tandem domum, vt concursum homin-
in nativitate Ioannis futurum fugeret,
venerit. O anima mea, vtinam comi-
potuisses Mariam per illos montes ,
nam licuisset videre suaues illos factarū
matrum amplexus , inaudire mutua salu-
tationis officiosæ verba , non dubito quia
cum sacra virgine accinuisses sacrum can-
ticum , *Magnificat*. Nunc autem, quia cer-

L 8

8010

166 MEDITATIONES IN

pore non potes , spiritu saltem te mictantis gaudiis , abiice te ad pedes nubius, nunc illius, & in utero B. Mariae ora sponsum : in utero vero B. Elisabeth sponsi amicum.

22.Iul. IN FESTO M. MAGDALENA

De conuersione eius. Luc.7.

CHRIStO inuitato & accumbente
Pharisei domo , ingressa est mulier, qui
fuerat in ciuitate peccatrix , deferens alans
strinum vas unguento plenum . Confiden
bonum Iesu ex summa benignitate , &
ardenti animas iuuandi zelo nunc inuita
tum adire conuiua , nunc se vltro inuita
uti fecit bono Zachæo , nec aliam obca
sam , quam ad conuertendos peccatores
Et quamuis Pharisei criminati illum es
sent , quod pranderet cum peccatoribus ,
nunc tamen & Phariseum adire ut eius re
dargueret superbiam . 2. considera discum
bente Iesu Mariam Magdalenam pecca
tricem omni abiecto pudore irruere in lo
cum conuiuuii , omnia gemitibus comple
& iucunda turbare colloquia , quod graue
quidem fuit Phariseo , sed non Christo : fo
rabet enim in vase sui cordis ynguentum

vnde